

QV V M
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
ERNESTO AVG VSTO,
DVCI SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, LANDGRAVIO THVRINGIAE,
MARCTIONI MISNIAE, COMITI PRINCIPALI DIGNITATE
HENNEBERGICO, CÓMITI MARCAE ET RAVENSBER-
GAE, DYNASTAE RAVENSTEINII,

INVICTISSIMI
QVONDAM ROMANORVM IMPERATORIS
CAROLI VI.

DVCI CVM IMPERIO, VNIVERSIQVE EQVITATVS CAE-
SAREI PRAEFFECTO, LEGIONISQVE CATAPHRACTAE ET
PEDESTRIS CHILIARCHAE, PRINCIPI

SVMMA CVM GLORIA
CIVIBVS SVIS IMPERANTI
NVTRITORI ACADEMIAE IENENSIS
MVNICENTISSIMO,
PRINCIPI AC DOMINO SVO LONGE
CLEMENTISSIMO,

EX
SERENISSIMA PRINCIPE AC DOMINA,
DOMINA
SOPHIA CHARLOTTA
ALBERTINA,

PRINCIPES SVIS IPSIUS DECORIBVS
EMINENTISSIMA,
PROLES MASCVL A
ERNESTVS ADOLPHVS FELIX

A. D. X. CAL. FEBR. A. R. O. MDCC XXXXI.
DENVO NASCERETVR,
SVAM INDE CONCEPTAM LAETITIAM,
DEMISSISSIMI CVLTVS PLENAM,
HOC QVALICVNQUE VERSV

TESTIFICARI DEBVIT

IO. CHRISTIANVS STOCKIVS

PHILOS. ET MED. DOCTOR, ILLIVS IN ACAD. IENENSI PROF. PVBL.
ET IMPERIAL. ACADEM. NAT. CVRIOSOR. COLLEGA.

IEN AE,
LITTERIS IO. CHRIST. CROEKERL.

an Pon Hc-802, 2°

137.



Sic TVA mirifice fortuna, VINARIA,
crescit.

Sic TVA continuat pleno sincera favore
Gaudia, succesfusque novis successibus urget
SVPREMVM NVMEN. TIBI nascitur VNVS et AL-
TER

Ex voto PRINCEPS, DIVINO SANGVINE cretus.

Sic TVA communis cernis iam fulcra salutis.

Aurea sic poteris traducere secula porro.

Hinc TVA, quod fas est, resonent laetissima tecta

Plausibus, atque piis, missis ad sidera, votis.

En! TVVS AVGVSTVS, vero sic nomine dictus,
Mitior Augusto, Tito moderatior ipso,

QVEM dudum pietas & virtus bellica coelo

Extulit, & populum servandi summa voluntas;

QVI faver ingenii, Musasque tuetur & artes,


Laetitiae IPSE suae passim dat signa serenae.

Et MATER PATRIAЕ, QVA non praefantior ulla

Princeps, in CVIVS divino pectore sedem
Virtutes fixere omnes, CVIVSque sereno
In vultu Charites omnes habitare videntur;
QVAE, secunda parens, quot grandia pignora coeli
Ac deposita parit, tot firmamenta saluti
Affert communis libertatique perenni,
Ex animo gaudet, dulcissima iubila fundit.
VRBS dilecta Deo, laetantes indue vultus,
Sortem agnoscet TVAM, quavis ex parte beatam;
PRINCIPIBVS GEMINIS, geminatos edito plausus.
Namque sub AVGVSTO, sub secundaque SOPHIA,
Et sub PRINCIPIBVS, TALI de SANGVINE ductis,
Flores, florebis, nec flos erit ille caducus.
Nunc TVA, quod metuit quandam, respublica non est
Amplius orba; suos coelesti munere cernit
Iam successores, ILLOSque PARENTIBVS IPSIS
Plane divinis, in TE REGNANTIBVS, ortos.
Non est, quod timeas, ne sit mutatio posthac
Anceps, & magni fortassis plena pericli.
Nam DEVS ipse TVAM STIRPEM vult esse perennem,
Praesidioque novo clemens communis EAMDEM,
Declaratque simul, quo TE amplectatur amore
PRINCIPE iam rursus, felici sidere, nato.
Haec TVA prosperitas, quam praebent mitia fata,
Propria nec cunctis terris, nec gentibus esse
Consuevit, precibus licet omnibus ipsa petatur,
Ac votis, pariter tensis ad sidera palmis.
Hinc concessa TIBI divinitus omnia grato
Expendens animo, coeli super astra sedenti,
Qui TVA dispensat sapienter fata, Ichovae
Perfolvas grates, demissio corde profetas:
Et mecum, pietas quod postulat ipsa, precare,

Vt DEVS AVGVSTVM, QVI dudum mille meretur
Aras, conservet per plurima tempora salvum;
Et, QVAE iure suo consummatissima princeps
Dicitur, incolumem praefet, servetque SOPHIAM,
Ac iubeat posthac uteri felicis EAMDEM
Gignere Teutonicis tam SPLENDIDA SIDERA terris.
Nec minus, ut PRINCEPS, exoptatissimus HERES,
In QVO, crede mihi, fulgent rarissima quaeque,
Crescat et exsuperet, coeli tutamine salvus:
Vtque RECENS NATVS PRINCEPS adolescat in omnem
Spem patriae, et nostri sit gloria temporis ingens:
Ac DOMVS AVGVSTI tempus perduret in omne.
Sic cives, Musae gaudebunt, atque clientes;
Sic bona perpetuis TIBI tempora nexibus ibunt,
Et TVA mirifice fortuna, VINARIA, crescat.







Q V V M
 SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
 D O M I N O
 E R N E S T O A V G V S T O,

DVCI SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
 ANGARIAE ET WESTPHALIAE, LANDGRAVIO THVRINGIAE,
 MARCHIONI MISNIAE, COMITI PRINCIPALI DIGNITATE
 HENNEBERGICO, COMITI MARCAE ET RAVENSBER-
 GAE, DYNASTAE RAVENSTEINII,

I N V I C T I S S I M I
 Q V O N D A M R O M A N O R V M I M P E R A T O R I S
 C A R O L I VI.

DVCI CVM IMPERIO, VNIVERSIQVE EQVITATVS CAE-
 SAREI PRAEFECTO, LEGIONISQVE CATAPHRACTAE ET
 PEDESTRIS CHILIARCHE, PRINCIPI

S V M M A C V M G L O R I A
 C I V I B V S S V I S I M P E R A N T I
 N V T R I T O R I A C A D E M I A E I E N E N S I S
 M V N I F I C E N T I S S I M O ,
 P R I N C I P I A C D O M I N O S V O L O N G E
 C L E M E N T I S S I M O ,

E X
 E N I S S I M A P R I N C I P E A C D O M I N A ,
 D O M I N A
 H I A C H A R L O T T A
 A L B E R T I N A ,
 P R I N C I P E S V I S I P S I V S D E C O R I B V S
 E M I N E N T I S S I M A ,
 P R O L E S M A S C V L A
 E S T V S A D O L P H V S F E L I X

A. D. X. CAL. FEBR. A. R. O. MDCC XXXXI.

DENVO NASCERETVR,

SVAM INDE CONCEPTAM LAETITIAM,

DEMISSISSIMI CVLTVS PLENAM ,

HOC QVALICVNQVE VERSV

TESTIFICARI DEBVIT

C H R I S T I A N V S S T O C K I V S

L O S . E T M E D . D O C T O R , I L L I V S I N A C A D . I E N E N S I P R O F . P V B L .
 E T I M P E R I A L . A C A D E M . N A T . C V R I O S O R . C O L L E G A .

I E N A E ,

LITTERIS IO. CHRIST. CROEKERL

an Pon Wc-802, 20

